

L[udeuicus] dei gratia Thuringie langravius, Saxonie comes palatinus omnibus ista legentibus de Isenache, de Cruceburc, de Kasle, de Gemunde | salutem. Notum sit vobis, quod exemplo predecessorum meorum respectu dei et pro redemptione anime mee, sicut fecit pie memorie pater meus, dilectos mihi fideles in Lupoldesbere prepositum et
 5 omnem congregationem et omnia eis attinentia in tuitionem meam suscepi et | in promovendis rebus eorum curam meam et sollicitudinem cum omni integritate pro remuneratione eterna adhibebo. Volo itaque, ut et vos, qui negociorum meorum estis executores, in omnibus eis assistatis et cooperemini. Predia eorum, in quocumque locorum fuerint sita sub me et meis terminis, volo, ut sint libera ab omni debito et servicio et gravamine.
 10 Precipio etiam, ut absque omni contradictione et impedimento naves ipsorum sine theloneo et omni emolumento in Wirra et in Vulda subsidia ipsorum portancia in frumento, in vino et omnibus aliis indigentis libere et ab omni obstaculo eant et redeant. Quicumque vestrum ista, que inscripta sunt, adimpleverit bene dilectis meis fidelibus istis faciendo, gratie mee et benivolentie erit particeps, quicumque vero voluntati mee contraierit, non
 15 erit ab offensa mea immunis et pro huius modi laboriosa compositione.

(SFR.)

404.

Landgraf Ludwig befreit mehrere dem Kloster Frauensee gehörige Dörfer von verschiedenen Abgaben. [c. 1218—1227.]

- 20 *Hdschr.: Or. Perg. Geh. Haupt- und Staatsarchiv Weimar. Das beschädigte S., an Pergamentstreifen, = Taf. XII. 3. Phot. H. St. A.*
Gedr.: Wenck, Hess. Landesgesch. 3, 98.
Anm.: Die Urkunde, ohne Datirung, gehört in die Zeit zwischen 1218, wegen des neuen Siegelstempels, und 1227, das Todesjahr Ludwigs.

L[udeuicus] dei gratia Thuringie lantravius, Saxonie comes palatinus universis hoc scriptum intuentibus salutem. Quoniam ea, | que fiunt in tempore, labuntur cum tempore¹, necesse est ea scripti memorie commendari. Hinc est, quod | universitati vestre per presens scriptum aperimus, quod nos ob amorem dei necnon sue sanctissime genitricis | et virginis Marie villas has Danne, Sebach, Rapoldis, Heizzils Lacui sancte Marie
 30 attinentes, de quibus nobis annuatim dabantur vi maldra caseorum et duo maldra pisc annuatim pro pabulo, liberas dimittimus ab hac et ab omni exactione testibus huius facti hic subnotatis: Comes Burchardus de Brandenbere. Rudolfus pincerna. Hermannus dapifer. Cunradus de Hellingesleiben. Gerhardus de Ellende. Gotefridus de Kornre. Gotefridus de Tennestete. Et ut hoc factum nostrum inconvulsum permaneat, sigilli
 35 nostri appensione comunimus.

(SFR.)